

C. VALERII CATULLI

E L E G I A

A D

M A N L I V M.

LECTIONEM CONSTITUIT

L. A. V. R. S. A. N. T. E. N. I. V. S.

L V G D V N I B A T A V O R V M

A P V D A . E T I . H O N K O O P

C I O I O C C L X X V I I I .

THE UNITED STATES OF AMERICA

DEPARTMENT OF THE INTERIOR

BUREAU OF LAND MANAGEMENT

WASHINGTON, D. C. 20250

OFFICE OF THE ASSISTANT SECRETARY

P R A E F A T I O.

Cum iam ante aliquot annos novam Catulli recensionem promiserim, miretur aliquis, me non ipsam editionem, sed futurae editionis specimen proferre. Sed is iustis de causis me sic fecisse sciat; quarum praecipuae hae duae sunt.

Altera, ut de instituti mei ratione, quae multo mihi labore nec levi impensâ constitit, iudicia et animadversiones eruditorum hominum antea explorem. Altera, ut plura germanae lectionis constituendae adiumenta undique conquiram, et quoscunque, eius rei facultatem habentes, ad communicandas opes suas invitem.

Quamvis enim, copiae iam satis insignes, fusius aliquando designandae, mihi suppetant humanitate et curâ Virorum cum Eruditorum, tum Litteris et mihi faventium, Ruhnkenii, Langeri, Giovenazzii, Wernsdorffiorum, patris et filii, Ang. Mar. Bandinii, Ioan. Andr. Munter, eheu! acerbâ morte nobis intercepti, Abbatum Ioan. Dom. Coletii, Barth. Mercier et de-Terzan, Guil. ^{Henrici} Boers, Pauli Marfon, ex quibus hic vir facundissimus; idemque longe optimus, Codices non minus septem mihi suâ manu excerpfit; quibusque omnibus immortales gratias a me deberi, iam nunc libens profiteor: complura tamen, proposito meo vel necessaria vel utilia futura, mihi deesse et alibi latere comper- tum habeo.

De multis pauca ut memorem, Editionis Parmensis A. 1473 lectiones plane ignoro; Codicum Viennensium Variantes ne per Comitum quidem Wassenarium, nostrae aliquo tempore Reipublicae res apud Austriacos agentem, nec a doctissimo Bollâ adhuc impetrare potui; Praeterea deest mihi Dresdensis, Pinelliani, aliorumque Codicum collatio, tum Eruditorum nonnullorum Notae in Catullum ineditae.

Freder.

male primam vocal. autor. Annal. Libr.
p. 450.

Om-

P R A E F A T I O.

Omnes igitur, quibus vel nitor Latinissimi Poëtae curae sit, vel qui de me bene mereri dignentur, ut, sive Recentiorum Criticorum correctiones, editas vel ineditas, sive quaecunque a me omissa deprehenderint, mihi indicent aut mecum communicent, etiam atque etiam rogo.

Si qua autem lateant, quae institutum meum adiuvare possint, non solum indicanti indicium debebo, sed etiam sumtus in eorum descriptionem faciendos cum grati animi significatione restituam.

Caeterum novam Catulli editionem a viris eruditis non solum ideo desiderari opinor, quod omnes huius Poëtae rarius sunt obviant, sed vel maxime quod earum, quibus fere utimur, lectio unde petita quâve auctoritate sit, vel omnino latet, vel difficillime indagatur:

Iam ab anno enim 1486 Parthenius, dein alii, sed imprimis magnus Scalliger et Vossius, ille nimiam usum festinatione, et nimis pro imperio agens, hic ad quamvis aliam eruditionis partem, quam ad Poëticam, tractandam aptior, ingenii sui inventa, quam Codicum fidem, lectori exhibere maluerunt.

Quo mihi diligentius cum in uniuscuiusque vocis antiquam scripturam et auctoritatem, ex MSS. et editionibus Principibus petitam, tum in corruptelae initia et originem inquirendum, existimavi.

Veneri Codicis collationem, si, cui multa, alibi memoranda, debeam, ab eodem etiam plura petere fas sit, ab eruditione non minus, quam humanitate clarissimo Morellio exspecto.

Scribebam Leidae A. D. Kal. Decemb. 1788.

Carbon.] Neapoli in bibliotheca Caesabii Cong. nis S. Ioannis de Carbonaria et Augustinensium Catulli (2) MSS in membranis
totus, in MSS foraliti n. 156. videtur scriptus A. 1485.

C A--

CATVLLVS

AD

MANLIVM.

Quod mihi fortunâ, casuque oppressus acerbo,
Conscriptum hoc lacrymis mittis epistolium;

Nau-

AD MANLIVM;] Quamvis Codices et Editiones antiquae in scribendo hoc nomine variant, modo *Malium*, modo *Mallium*, tum *Manilium* exhibentes; pauci tamen Mss. dant: *Manlium*; quod primus recte vulgasse videtur Muretus. eadem confusio apud Cicer. I Catil. 3 ubi consule Commentatores et Ernestium in Clavi; Horat. III Od. 16, 1. ipsae inscriptiones in scribendo hoc nomine turbant; vide Aldi Orthogr. p. 494. Pierium ad Virg. VIII Aen. v. 652. Drakenb. ad Liv. T. iv. p. 870. T. vi. p. 79. et J. l. p. 978. b.

v. 1. *Quod*] satis constanter in Codd. in Editionibus ad unam omnibus conspicitur; quatuor tamen mei Mss. habent *quid*; ex uno Vossius enotaverat *quo*, atque ita Nic. Heinsius legendum coniecerat, puto, cum interrogatione in fine distichi. *quod* firmari tamen videtur v. 9.

v. 2. *conscriptum*;] *conspersum* legebat Cl. Schraderus, Musarum Romanarum non ita pridem ingens decus, *hoc*] male omisit Muretus, et pauci, qui eum expresserunt.

A

v. 3.

*Et i. e. scriptum. Id Forcell h. v. in id
et anq. Enap. Clav. Ec. I v. conscribere
fine
Et ita etiam Edidius; Id suppressit.*

Q U A T V R T V A S

Naufragum ut, eiectum spumantibus aequoris undis,
Sublevem, et a mortis limine restituum;
5 Quem neque sancta Venus molli requiescere somno,
Desertum in lecto coelibe, perpetitur,

Nec

v. 3. *Naufragum ut;*] *Naufragi* aequoris divinabat Heinsius. pro *ut*,
quod in optimis Codd. est, nonnulli habent: et. Obversabatur hoc disti-
chon animo Virgillii iv Aen. 373:

Vid. nott. ad Ovid VII Metoid 89.
p. forsan

— — eiectum litore egentem
Excepi, et regni domens in parte locavis;
Amissem classem, socios a morte reduxi.

Ex Homero. Vid. Ursinum.

item Petronio in fragm. p. 879:

Naufragus, eiecta nudus rate, quaerit eodem
Percussam telo, cui sua fata legat.

Virgilius II. Georg. 522
litore in extremo, cum naufraga corpora fluctus
Proluit.
Euripides Heoub. [
εἰς ἄρῃς δὲ ἄρῃς
πόντος νῆς ἐκίνας πηλαγίος κλυδών.
Hyginus Poet. Agron. II. 34. fin. cum cum
fluctus interfedum ad litus eiecisset. Cf
Cod. Leid. n. 81 ereptum; frustra.
v. 5. *Sancta* accipit. proposita Vaillant. Numism. Imper. T. II, p. 270. Vid. Brouaker. ad Tibull. IV, 411, 22.
v. 5. *somno desertum* construebat Parthenius; male. *desertus* est viduus,
orbatus, ut in Anthol. Lat. T. 2. p. 8.
Cod. 11, 168. *Proiectam* dicit Ovid. II Metoid
135. *Expulsum* Seneca IV. de bonet. c. 37.
Proiectum Ovid III Trist. 4, 76.

Cum praematurâ raptum mihi morte nepotem
Flerem, Parcarum putria fila querens;
Me desolatum, me desertum, ac spoliatum
Clamarem, largis saxa movens lacrymis.

ita infra v. 29:

Fri.

A D M A N L I Y M

Nec veterum dulci Scriptorum carmine Musae
 Oblectant, cum mens anxia pervigilat;
 Id gratum est mihi, me quoniam tibi dicis amicum,
 10 Muneraque et Musarum hinc petis et Veneris.
 Sed

Frigida deserto tepefecit membra cubili.

et, qui hunc versum forsan expressit, Ovidius 1 Her. v. 7:

Non ego deserto iacuissem frigida lecto.

adde Propert. II. vii, 17, ^{xiii, 59.} xiv, 10. et ibi Burm.

v. 6. *lecto* in omnibus Codd. et Editt. praeter Statianam, quae *thalamo* habet, quod aberrante forsan calamo factum. Caeterum non minus de amatorio, quam legitimo, toro *thalamum* dici, quod non putabat Scaliger, vel unus Ovidii locus ostendit II Art. 704.

v. 8. *pervigilat*] in ^{quinque} ~~quatuor~~ et viginti inveni Codicibus, et omnibus, Editionibus antiquis; primus Scaliger *pervigilet* edidit, quem posteriores secuti, haud scio an addicentibus duobus Codd. Regiis. *Pervigilet* correxerat Syncliticus in Rhegia-Lepidina. quod linguae indoles requirere videtur Wassenberghio.

v. 9. *dicis*] in triginta offendi Codicibus, et in Editionibus quatuor prioribus; quod Corradinus, interpretum ultimus, isque solus, accipiebat pro, *eligis. dulcis est in meo* ~~tantum~~ ^{et Carmin.} Codices, *ducis*, quod antiquissima manus Vallieriani Codicis margini annotavit, primus vulgavit Calpurnius Vicentiae A. 1481, unde posteriores omnes, si a duobus Beroaldinis editionibus discedas, repetierunt. Cicero V ad Div. 3: *te mihi fratris loco esse duco. Ducere et dicere*

v. 10. *Munera Musarum et Veneris,*] varie explicant Interpretes, Equidem illos sequor, qui versus amatorios intelligunt. prius et omittunt Cod. Ham-

A 2

+ Syncliticus: ut te consolet pro coniuge amissa.

[et Varr. Asplu.]

[*Ducis* volobat etiam Syncliticus.

contunduntur *duco* et *duco* x Tripl. x, 43. conf. ad Terentian v. 1649 p. 226. Con-
 fusa in Virgil. Aen XI, 393. ubi *duco*
 Servius videtur legisse *duci* et est fortasse
 si si duco. Ovid v. Namid. 33. [*Ducis*
 praetero, quia maiorem habet emphaticam.
 WASSENB. *Ducis* facile quis ut opte-
 us et dignus praeterat, quia sinceram
 animi voluntatem significat, quam v. sup.
 respicit *dicis* fore simulationem indicat.
 AVCTOR Annal. Literar. pag. 452.] *Ducis*
 Ovidi Boering. quod est exipimas. ad
dicis est declaras, *teparis*, quod maiorem
 vim habere videtur, confirmas. et Boering
 ad 70, 1. Forcellin. v. *duco*. n. 19. 15. 27.

et Parmensi

15 Tempore quo primum vestis mihi tradita pura est,
 Iucundum cum aetas florida ver ageret ;
 Multa satis lusi : non est Dea nescia nostri,
 Quae dulcem curis miscet amaritiem.

Sed

v. 15. Propertius M. 12. ut mihi praestata pudor eximialis amictus
 et data libertas noscere amoris iter.

v. 17. non est Dea nescia nostri, etc.] expressum censet in Ciri 242
 Heinsius ad Ovid. III Am. 15, 15.

v. 18 curis;] ita habent omnes Codd. et Editt. recteque explicat Sta-
 tius: *amoribus*. exemplari Leidensi Hist. 128 *ludis* adscripserat Vossius, an
 alius de gente eruditâ? *dulcem amaritiem*, Vrsinus ad Virgil. Ecl. II, 68
 et Wolfius comparat cum Sapphonis fragm. XII:

Ἔρος δ' αὖτε μ' ὁ χυσιμυλῆς δονεῖ,
 Γλυκύπικρον, ἀμάχανον, ὀρεπίον'
 Ἄτθι, σοὶ δ' ἐμέθεν μὲν ἀπήχθετο.
 Φρονίς δ' ἦν. Ἐπὶ δ' Ἀνδρομέδαν ποτέ.

ubi correxi Ἄτθι pro Ἄτθις quod flagitat et alterum fragmentum XIV
 pro ἄττι:

Ἡράμαν μὲν ἐγὼ σέθεν, Ἄτθι, πάλαι πικραί.

quo spectat Terentianus meus v. 2154:

*Cordi quando fuisse sibi canit Atthida
 Paryam, florea virginitas sua cum foret.*

Vnde, si Sapphonis locus integrior ad nos pervenisset, non dubito, quin
 plura Catullianae imitationis exstarent vestigia.

Balb. Eleg. 68, p. 174. Alternis lactia
 Cypris amaritiem.

Sed totum hoc studium luctu fraterna mihi mors
 20 Abstulit. O misero frater adente^{pte} mihi!
 Tu mea, tu moriens fregisti commoda, frater;
 Tecum una tota est nostra sepulta domus;
 Omnia tecum una perierunt gaudia nostra,
 Quae tuus in vitâ dulcis alebat amor.

Cui-

Ad ipsum ὀξύμωρον conferri potest Horat. IV Od. I. v. 4. 5. Vossius
 Inst. Or. I. v. c. 12 §. 7.

v. 20 *Abstulit*;] Codices octo et viginti, et Editiones, quae Scaligerum
 praecesserunt, ad unam omnes, enumerare possim, quae *Abstulit* servant;
 neque Interpretum quisquam aliud memoravit. Scaliger tamen ait: Ve-
 tus scriptura, *Abscidit*, idque recepit, et suâ auctoritate secutos Editores
 recipere cōegit; unus tamen Corradinus reiecit.

Frater.] L. Valerius Catullus; *suspicator Palin. Numism. Famil. p. 205*

v. 22] repetitur hic versus infra v. 94, raro quidem in Elegiis exemplo,
 nec tamen sufficiente causâ, quare Scaliger similem, Codicibus et Editio-
 nibus agnitum, ex Propertio eiiceret IV. IX, 42. quem locum videant ho-
 mines elegantes, an mecum sic legere velint:

*Audistisne aliquem, tergo qui sustulit orbem?
 Ille ego sum: Alciden terra recepta vocat.
 Acta quis Herculeae non audit fortia clavae?
 Et nunquam ad nocuas irrita tela feras?
 Atque uni Stygias hominum luxisse tenebras?
 Accipite. haec fesso non mihi terra patet?
 Quid, si Iunoni sacrum faceretis amarae?
 Non clausisset aquas ipsa noverca suas.*

ver-

25 Cuius ego interitu totâ de mente fugavi
 Haec studia, atque omnes delicias animi.
 Quare, quod scribis: Veronae turpe Catullo
 Esse, quod hic quisquis de meliore notâ
 Frigida deserto tepefecit membra cubili;
 30 Id, Manli, non est turpe, magis miserum est.

Ig-

versum intercalarem Elegiae adhibet Naso ix Her. 146.

v. 23, 24] admovet Eldikius Euripid. Alcest. 345:

Σὺ γὰρ μὲ τέρψιν ἐξίλυσθαι βίω.

v. 27. quod;] in uno Vossii: quae.

Quare, quod scribis:] ita interpunxi, ut in hoc versu incipiat Manlium, tanquam scribentem, inducere, usque ad finem vigesimi noni. pro Catullo, in Mediolanensi inveni Catullae, in tredecim Codd: Catulle, in duobus Vossius, quod, si inter duo commata legatur, vulgato non deterius est; licet Catullo in plerisque sit Codd. et apud neminem non Editorum.

VII, 10. VIII, 12, XIII, 7, 25, 1. 53, 2.
 r 71, 5. 8, 19. 42, 4. 48, 13. 49, 1. 2.

v. 28. Esse hic valere morari, solus docuit Vulpus. quisquis, quod recte Forcellinus interpretatur unusquisque, omnis, in omnibus conspicitur Codd. et Editionibus, nisi quod in Cod. Leid. num. 13 sit quisque, et Muretus, nescio unde, ediderit quisquam, quod volebat Livineius. in fine versus Excerpta Perreii addunt: est. ^{et singularibus}

Manlius ad Cicer. VII ad Div. 29.
 laudat quisquam de m. n. frigida
 de foeno. sep. m. c.

v. 29. Frigida] Ovid. M. Amor. 5, 42. Frigidus in v. duo deservire toro.

v. 29 in tepefecit consentiunt Editiones, variant Codd. quorum multi illud ipsum exhibent, multi tepefacit; Commelinianus, Baluzianus, Faurianus tepefiunt, non secus ac Vossius in optimo libro invenerat tepefiant,

un-

+ Forcellinus laudat Lucret. II, 955 et Cicer. Act II l. 4. c. 2. § 31 in Verren; sed Suetonius quidque. At Lambinus ad pag. 207. afferit quicquid e Lucretio, et Manlius. Cont. Sueton. ad Cluentin. c. 19. n. 41. qui variat VI ad Div. 1. not 41 ubi cod. mei 2. aperte quisquis. Cf. hic Tacit. in Explicit et quae laudat Heynium ad Virgil. Elog. 3, 110.

I C A T V L L V S

Ignosces igitur, si, quae mihi luctus ademit,
 Haec tibi non tribuo munera, cum nequeo.
 Nam quod Scriptorum non magna est copia apud me,
 Hoc fit, quod Romae vivimus; illa domus
 35 Illa mihi sedes, illic mea carpitur aetas;

Huc

unde Schraderus formabat *tepefiat*, nempe, quod ad membra; unus Vossii *tepefcit*, uti et Gudianus Codex; secundus Mediceus, *tepefacta*; Franc. Cacciae Excerpta denique *tepefactat*, uti libro Maffeiano superscriptum testabatur Statius, et pro varia lectione legitur in Mediceo quarto. Γ

*singis prae ceteris placet. forma
 verbi non capat alibi.*

v. 30. *magis i. e. potius. Fabii di Luciel 1, 604 pag 417.*

v. 32. *cum nequeo*;] Heinsius, cum in aliquo Codice et Editione vetusta (Parm. Hely) invenisset *quom*, coniciebat *quoi*, cui non adsentior. *Nequizam Syneliticus.*

v. 33 *Nam*;] Cod. Bodleianus et Leid. cum Editione Rhegio-Lepidina habet *Non*. verbis *apud me* Douza Pater adscripserat: *hic ubi diversorii locum, non commorationis habeo.*

*Hoc videtur esse Deo. et Lovellian
 n. 20. 25. Aueran. p. 416.
 non habet*

v. 34. *quod Romae*;] *constanter* Codd. et Editt. sed *quum* in Collationibus Coluthi, Excerptis Perreii, Minturni, Anonymi, et Ruhnkenianis. *fuit cum Varr. capel. q. Carbon*

v. 35. *Illam mihi sedes*;] Cic. XII Philip. c. 10: Itaque in urbe maneo. si licebit, manebo. *haec mea sedes est.* *at Varr. Capel.*

ibid. *illic mea*;] *mea* est in omnibus Codd. et Editt. antiquis, sed *mih* in Aldinam 1502, non dubito, quin Avancius invexerit, quod recte Scaliger reiecit.

v. 36 *Huc*;] ubi nunc sum, a supellectile mea libraria, quae Romae est, divisus; Douza P.

ex] omnes Editt. antiquae et Codd. excepto uno Mediolanensi, qui dat *e*, quod in Aldinam secundam 1515 illatum, a Gryphio A. 1551 et Mureto *et Patco 1567.* repetitum est.

v. 37

Huc una ex multis capsula me sequitur.

Quod cum ita sit, nolim statuas, nos mente malignâ

Id facere, aut animo non satis ingenuo;

Quod tibi non utriusque petenti copia facta est:

40 Vltro ego deferrem, copia si qua foret.

Non

v. 37 nos] inveni in Excerptis Anonymi, et ^{novem} ~~octo~~ et viginti Codd. Vossius in duobus; de editione Principe et Romanâ nihil affirmo, sed affirmare auserim, exstare in Venetâ 1475, Rhegiensi 1481, Vicentinâ eiusdem anni, Brixienti 1486. *me* apud Aldum 1502 primum inuenio, quod nescio an nullus ostendat Codex, licet editiones ad Vulpium usque obsederit. *mo* est in altero meo Cod. *non* in Mediolanensi.

v. 39 petenti;] ita in omnibus fere Codd. offendi, Vossius etiam, in uno alterove *potenti*. *petenti* quoque in ^{Parmensi ut} quinque prioribus editionibus; primus Parthenius A. 1486 ex coniecturâ suâ edidit *petiti*, quod posteriores fere in errorem induxit. Corradinum ab Allio, qui ex suo Codice laudat *petiti*, vel hinc mendacii convincas. *petenti* vindicabat iam Puccius et Lambinus. Heinsius divinabat: *Quod tibi non prius usque petenti etc.*

pro *facta* fatendum in plerisque Codicibus legi *posta*, in Hamburgensi *posita*, in Palat. papyr: *porta*. *facta* tamen conspicio in uno omnium optimo Datii Codice, qui nunc meus est, in Mediolanensi, et in alterius Mediolanensis margine, primo Mediceo, Riccardiano, in Vallieriano, in Codice Matthiae Corvini Regis, in Baluziano, Fauriano, Regio chartac. in uno Guelferbytano, inque alterius margine. Editum autem fuit *facta* ab anno inde 1472. ad Vossium usque, cui soli, ni fallor, placuit *posta*; quales syncopas usurpat Catullus, ut XIV, 14 *mîsti*; LXII, 21 *luxti*; 30 *trîsti*; LXXIII, 3 *subrepsti*; LXXXVI, 9 *duxti*; xciv, 8 *abstersti*; cv, 3 *promisti*; 5 *promisse*; et Martiali familiares esse, docet Scriverius ad lib. 3. epigr. 67. p. 102. adde Forcellin. in *positus*.

Syncretismus vult *petiti*.
ep in carbon.

Hinc *porta* vult auctor Annal. Libani p. 452 cui *facta*, ut tritius, a librariis suppositum videtur.

^{Augon epist. 25, 48}
 Non possum reticere, Deae, quam Manlius in re
 Iuverit, aut quantis iuverit officiis;
 Ne fugiens faeculis obliviscentibus aetas.

Cic. ad Div. VI. 10. VII. 10
 fin. XII. 21. fin. I ad Div. 9.
 Cic. pro Rabir. posth. p. 16.
 Cic. de Off. 1. 1. Cic. VI. 10.
 Cic. de Off. 1. 1. Cic. VI. 10.
 Cic. de Off. 1. 1. Cic. VI. 10.
 Cic. de Off. 1. 1. Cic. VI. 10.
 Cic. de Off. 1. 1. Cic. VI. 10.

imitatur Inuvel p. 708. 28 poem.

Forrelli n. 2

Il-

v. 40 in multis quidem Codd. et Editionibus vetustis *differrem*, in aliis tamen bonae notae vera lectio *deferrem*.

v. 41 *quam* plus quam triginta Codices subministrant, et multae editiones antiquissimae, quamvis in his plerumque per notam: *qn. qua* est in aliis nonnullis, ut in duobus Codicibus Saibantis, qui agnoscunt tamen *Manlius*, in aliis tantum non omnibus depravatum in *filius, falius, salius, facilius, fallius, fallimus*; unus egregius Commelinianus aperte *quam Manlius*. plerique tamen Editores iam inde a Calpurnio, puto, A°. 1481 dederunt *qua*, solus Corradinus anno 1738 ostendit, *quam pro quantum* Catullo in deliciis esse. primus, ni fallor, Muretus dedit *Manlius*; Scaliger, *quam me Allius*, quem iam alii refutarunt. recte, quod mireris, Marcilius observat, *me* eleganter omitti. illa singularis lectio est, quam viri docti coniecturam existimo, adscripta exemplari Leid. num. 128: *qui Manlius in me. quâ Manlius arte* laudat Castelvetro, memoriae fortasse lapsu.

probat qua.

v. 42. proprie *Iuverit* in uno alterove Cod. et Editione est *invenit et iuerit*.

Parm. Reg.

v. 43 *Ne* a Calpurnio, ut videtur, A°. 1481, quem bonis tamen Codicibus usum arbitror, propagatum est per omnes editiones, donec Corradinus mutaverit in *nec*, quod agnoscunt duae Principes Venetae A°. 1472 et 1475, atque septendecim Codices; quo admissio placere possit Marcilii coniectura versu seq. *teget*, ubi tamen neque Editiones, neque Codices variant. pro *ne* alii octo Mss. habent, *haec*. Regia charta a m. pr. *Non*.

(Dist. Parm. Reg.)

v. 44 Illius *hoc*, omnes Editores, sed septem Mss. *haec*, quod ignoro quo spectet; bonum factum, quod in optimis sit *hoc*.

v. 45

Illius hoc caecâ nocte tegat studium.

45 Sed dicam vobis, vos porro dicite multis.
Millibus, et facite haec charta loquatur anus.

Vol. 21. A. 1. Virg. Ec. X 70
ego innotuit vobis narrato, vobis
nobilis et sic omnibus frater
immortally fit.
No. Arch. Arg. 46. 29

v. 45 Sane hoc singulare existimo exemplum, quod dicat Poëta, se Mu-
sis indicaturum, quod illae posteris narrent. idque adeo Italus sollertissimus
Castelvetro *Varie Critiche* p. 97. reprehenderat in Catullo, cuius frigide
causam agit Corradinus. Germanicus in *Alcaeis*. 15:

(et ita addit Grotius)

Haec ego cum lactis cogor praedicere Musis.

v. 46 pro et in Cod. Bodlei. est at; in uno Leidensi haec, et in altero
haec facite et. Fruterius volebat et facite hoc fama loquatur anus. in egre-
gio Codice Ducis olim de la Valliere, nunc meo^{et Carbon} aperte charta, in Mediceo
altero carta compareret. Reliqui fere, certa, ut et duae Principes Venetae,
aut curva, quorum hoc Palladio placebat, secundo Poëtae interpreti A.
1500. Sed ab anno iam ^{1473 in Parmensi et 1481} ~~1481~~ in Vicentinâ et Rhegiensi exhibitum charta,
et deinde in omnibus aliis. firmissimum huic lectioni praesidium situm est in
imitatione Martialis lib. XII epigr. 4:

Gentibus et populis hoc te mihi, Prisce Terenti,
Fama fuisse loquax, chartaque dicet anus.

Achilles Satius, Catulli enarratorum longe omnium praestantissimus, quan-
quam timide, legendum proposuerat *cera*; idem tamen, *charta* Graecorum
comparatione defendi posse, professus. Imo hoc ex Aeschilo expressum esse,
ὡς λέγει γέρον Γράμμα, iudicabat Cl. Valckenarius, qui loquendi formam suo
more illustrat in not. ad Euripid. Phoenis. v. 103. Adde Vossium ad Catul.
IX, 4. p. 21. et Toupium ad Theocrit. T. II. p. 394. *charta loqui* dicitur
etiam ab Ovidio XXI Her. 244. paene exciderat addere, *charta* in margine
aliquot Codicum, vel superscriptum legi.

ubi etiam Sapphus & Sappho
ἐπίδωσ quas, nisi memoria
habet Satius.

Forta legendum conor

(sic scribitur in Petro
nio c. 102, p. 619.)

Notescatque magis mortuus, atque magis;

Nec

v. 47. in multis Codd., ut in duobus meis et Mediceis, relinquitur hic spatium, in altero Mediceo et uno Leidensi nullo spatio relicto deest versus longus; in Datiano et octodecim aliis Codd. annotante chartâ Regiâ sic Senecam supplevisse, legitur hic: id. leg.

Omnibus et triviis vulgetur fabula passim.

idemque in solâ editione ^{Parisi} Rhegiensi; quo patet indicio, huic cum Codicum sectâ, a plerisque diversâ, convenire; nam in margine Codicis Datiani, Vallieriani, et octo aliis Codd. caeterisque editionibus omnibus, alter versus habetur:

Omnibus inque locis celebretur fama sepulti.

quem Scaliger recte eiecit. Solitâ sagacitate vidit Schraderus, in perduto versu requiri sententiam Ennianaë similem: *Nam volito vivu per ora virum.*

v. 48. pro *Notescatque* in uno Gudiano est *Innotescatque*; in uno Leidensi deest *que*. laudat *Clareseatque* in hoc versu Muretus lib. vi Var. Lect. cap. 14. memoriae lapsu, credo; ibidemque eo abutitur ad probam Ennii lectionem labefactandam lib. xii Annal:

Ergo postque magisque viri nunc gloria claret.

(sic etiam codex meus) quem miror ex correctione Mureti laudari a Broukhusio ad Propert. III. v, 1 in fine:

magis magisque ex codice Longii tamen recepit Grævius et defendit. quem non sequitur Ernespius. confer Kempingeros ad Cic. I. Offic. 24.

Er-

Trall. n. 3.

50 Nec tenuem texens sublimis aranea telam,
Deserto in Manlî nomine opus faciat.

Nam

Ergo magisque magisque virei nunc gloria claret.

eum recte Broukhusius doceat, ultimam in *ergo* ab antiquis non corripî.
quo in genere unus restat Ovidii locus V Her. 59:

Votis ergo meis, alii rediture, redisti?

ubi legas per me licet ironice: *ecce*:

Et de Ennio quidem mecum sentire, video nunc Cl. Iac. Frid. Heusingerum ad recentissimam Ciceronis editionem de Offic. c. 24.

et Varr. Caput. et Carben.

v. 49 pro *Ne* reposui *Nec*, unius et triginta Codd. et omnium forsan, quae Aldum praecefferint, Editionum lectionem, Excerptis etiam anonymis, Cacciae et Variantibus Latini Latini confirmatam. ex posterioribus Editionibus sola, puto, Gryphiana A°. 1561 habet etiam *Nec*, reliquae *Ne*, secutae Aldum, qui illud forsan ex notae Parthenianae signaturâ repetiit. pro *sublimis*, quod Vossius ex uno Codice enotaverat *sublimem*, et Guarino iam observatum *subtilis*, mihi nusquam occurrit. post hunc versum in sexdecim minimum Codicibus inseritur, seu integre, seu corrupte, versus superior: *Iucundum cum aetas florida ver ageret*; item in editione omnium Principe 1472.

v. 50. *Deserto in Manlî*;] primus quidem sic edidit Muretus confirmante nunc Cod. Baluziano, Calpurnius tamen iam A°. 1481, eumque secuti Parthenius et Aldus dederant *Deserto in Mallii*; antiquiores Venetae Principes, et Rhegiensis excusum habent *In deserto aliis*, lectionem Codicum apud me quatuordecim, apud Vossium duorum, cuius tertius Cod. loco Manlii no-

Seclian. Gifanius
secret. p. 460. b. 42.

Antiqu. Cl. 2, 24. 11, 8, 20.
mann. d. Anthol. 7. 1. p. 357.
19. Ciris v. 386.

Facellus in eger. n. 5.

Nam, mihi quam dederit duplex Amathusia curam,
Sci.

minis spatium reliquerat vacuum. *In deserto ali* quatuordecim alii mihi Codices exhibent, tres *alii*, unus item Vossio. praestantissimus Corvini Regis Codex: *Deserto in Mallii*. chartaceus Saibantis *Manlii in deserto*. in Vallieriano antiqua manus correxerat: *Deserto in Manlii*, et in margine *Inde sepulcrali nomini opus faciat*. Raphelengius *Deserto in Mallii*. Scaligeranum, *In deserto Allii*, ab aliis iure explosum est; nec satis certa est Marcialii coniectura *In deserto Auli*, quam Vulpius et Corradinus amplexi sunt. Vossius, *Deserto Manlii*. Equidem Catullum scripsisse existimo: *Deserto Manlii in nomine*. Eleganter autem Vulpius *et nomine refert ad nomen, Manlii* statuae subscriptum.

v. 51 parum variat lectio huius versûs. cum enim *Amathusia* sit in Codicibus fere omnibus, *Amatutia* tantum est in Cod. Saibantis, Vallieriano et secundâ Venetâ, *Amatuntia* in primo Mediceo, altero Saibantis recentiori, et editionibus, Scaligero antiquioribus, qui *Amathusia* restituit, cognitum iam Fusco in notâ. aliter Scaliger olim senserat in notis ad Cirin v. 242. Heinsius ad Ovid. III Amor. xv, 15 praefert formam *Amathusia*, licet *Amathuntia* tuenti non omnino se opponat; mihi quidem haec valde suspecta est. Magis variant in explicandâ voce *duplex* interpretes. plerique intellexerunt *fallax, dolosa*; item Burman. ad Valer. Fl. l. VIII. v. 235. quo sensu Graeci *διπλόων* dicunt; vid. Cl. Ruhnkenium ad Timaeum. Perreius huc trahebat Ovidii IV Fast. I. *geminos Amores*; Platonis in Sympos. p. 182 Edit. Bipontin. Venerem geminam, Coelestem et Vulgarem sive Pandemam, quemadmodum et Meursius ad Lycophr. p. 134. quos refellit Schraderus ad Musaeum v. 42. Parthenius iam, quanquam sibi non satis constans, ad duplicem Catulli amorem referebat. Sed primus Meursius in Cypro l. I. cap. 8. pag. 22 et Vossius, qui et ipse utriusque sexûs amorem respici putabat, ad Veneris effigiem barbata, sive maris et feminae, in Amathunte cultam, alludi ostendit. quibus adsentitur Bentl. ad Horat. lib.

Carbon.

ad Catali p. 62

ambiguo inferit Plato Sympos.

Dionysius vocat hymn 57, 4

Plato Sympos. p. 187 e. d.

Lucian 7. 3. p. 171, 2.

XVIII. 26. v. 111, 7. XXXVII

Scitis, et in quo me corruerit genere;

Cum

lib. I. carm. 6 v. 7. quam Venerem ἀνδρόγυρον in clarâ luce collocavit antiquarum litterarum inter Gallos inprimis peritus, Eruditiss. Cl. l'Archér *Memoire sur Venus* p. 46. Glossa autem Hesychii, qui de eâ agit in v. Ἀφρόδιτος ad Aristophanis locum deperditum explicandum pertinere videtur secundum Macrobiū lib. III cap. 8. dignus etiam, qui conferatur, Lil. Gyraldus *Histor. Deor. Syntagm.* XIII in *Barbata Venus* p. m. 380.

v. 52. *corruerit* praeberunt mihi sex et viginti Codices, et antiquae editiones ad unam omnes, quod probabat Fruterius. Potestas verbi *corruo* activa nititur loco Plauti *Rudent.* II. vi, 58, ubi eam defendit Scaliger; Lucretii l. V. v. 370; quanquam enim Lambinus ibi dederit *Proruere*, Codex Vossianus cum caeteris servat *corruere*; Varronis IV de L. L. c. 31. Appuleii *Metam.* VIII p. 530, ubi probat Oudendorpius. In Catullo Cod. Cacciae agnoscit *polluerit*, quod ex Mss. etiam profert Guarinus. Palatinus tamen membranaceus et Commelinianus, *torruerit*, quam optimam et verissimam lectionem iudicabat Achilles; eademque, tanquam versui frequenti apprime conveniens, placebat Turnebo lib. XVI *Advers.* cap. 1. qui tamen fatebatur, *corruere* pro *deicere* et *peffundare* posse dici. *torruerit* probabat quoque Gifanius in *Indice Lucretiano*, et primus recepit Scaliger, inde Raphelengius aliique. huic *torruerit* posthabuit etiam suam ipsius coniecturam Lambinus, quâ Codicis lectionem *exhorruerit* secutus divinaverat *exercuerit*, in *not.* ad Lucretium lib. III v. 824. Corradinus retinet quidem *corruerit*, sed ordinem verborum hunc constituit: *quo genere Amathusia in me corruerit*; ut simile sit Horatiano, *in me tota ruens Venus corpuerit* pro *corripuerit* coniciebat Marklandus in *notis* penes me ineditis.

in quo-'genere;] non variant Codd. nec Editiones. Scaliger comparabat illud Ciceronis III ad Attic. 9: *quod optimo genere facere non licuit*; sed il-

et Carbon.

an active Propert II, 11, 24.
of Sancti Minerv. III, 3. p. 3

taac corruo Pontano-Heinsio
impense placet Edixio ex 8 signi
tuli xcv, 7 cum vesana meas
reret flamma meullas

circ ad 7. 11 4 4 p. 110

Cum tantum arderem, quantum Trinacria rupes,
Lym-

illic ab Ernestio nunc *tempore* restitutum est. idemque evenit in altero, quo Scaliger utitur loco I de Offic. c. 12: *Eum, quicum bella geras, tam molli genere appellari.* vulgatum enim ibi *nomine.* vir doctus exemplari Leidensi num. 406 adscripserat: i. e. *quemadmodum, nove.* Lucretius saepe *quod genus pro q̄io* usurpat. Lucilius Satyr. lib. 3:

*Crebro ut scintillae, in stricturis quod genus olim
Ferventi in ferro.*

qui locus apud Nonium v. *Stricturae* cap. 1. 77 paulo aliter legitur. Pontanus tamen maluerat hic *cenere*, et Heinsius *torruerit cinere.* quibus non cedit Schraderus, qui tentabat: in *quâ* me torruerit *Venere*; ut Horat. ~~Epod.~~ Epod. v. 4:

ad Macrobiani 1. 5.
7. p. 238. b

*Amore, qui me praeter omnes expetit
Mollibus in pueris aut in puellis urere.*

v. 53 et 54.] in membranis Saibantis et duabus Venetis est *ardentem.* pro *Lympha* in uno Vaticano *Vnda*; pro *Oetaeis* in variis, *cetis, certis, oetis, Oesthis, Otheis, Oetiis, ortheis, oetheis,* quae nihili sunt, et a primis iam Editoribus ex melioribus, ut opinor, Codicibus correctae.

pro *Malia* est in Mediolanensi *Amathilia*, in meo *Mathilia*, in Colbertino *Matilia*, in Leidensi *Mamlia*, in altero meo et Hamburgensi *Mallia*, in quatuor et viginti Codd. et in Excerptis Minturni et Ruhnkenianis *Manlia* vel *Maulia.* *Manlia* Veneta Pr. *Maulia* altera Veneta, Rhegiensis et Vicentina, *Mallia* Aldus.

Aquam Manliam vocatas esse thermas a L. quodam Manlio, qui cum Catone iugum Thermopylarum per abrupta evaserat, ex Plutarcho in Cat. mai. p. 343 C. credebat Turnebus lib. XXIV. Advers. c. 5. sed de aquâ hac Manliâ tacet Historicus.

Vossius

Lymphaque in Oetaeis Malia Thermopylis;

Moesta

de Thermopylis cont. manu ad Gr. 0.
l. 18 p. 436

Vossius ex Cod. Commeliniano hic legens *Daulia* omnem Geographiam, Historiamque Naturalem, quae vocatur, conturbat, auctoresque, quos adhibet, omnes perperam exponit, iure iam eo nomine reprehensus a summo Hemsterhusio ad Lucian. T. I. p. 112. partemque erroris Vossiani corrigit Gronov. lib. I. Obf. c. 9. p. 89. quid, quod Codex Commelinianus, manu Broukhufii, Drakenburchii et Burmanni excerptus, non *Dauliam* mihi praebet, sed *Dallia*. Veram autem videtur loci Catulliani lectionem iam dedisse Parthenius A°. 1486, nempe *Malia*, a multis inde repetitam, et Codice Corvini, Vallieriano, et Palatino membr. apud me confirmatam; quam primus eruditionis luce illustravit magnus Scaliger, a Vossio iuvene temere reprehensus ad Scylacem.

Remotissima huius nominis origo est Malus, Amphictyonis vel Amyri filius, qui urbi nomen dedit secundum Stephanum Byz. Hanc urbem potius *Μαλία* dictam fuisse crediderim, quam *Μαλιεύς*, ut vocat Byzantinus in h. v. Certe Ionicâ sive Atticâ formâ *μηλία* eam appellat Scholiastes Sophocl. Trachin. v. 196; nec aliud voluisse videtur Callimachi Scholiastes ad hymn. in Del. 287: *μηλία, πόλις Τραχίνος* uti lego pro *μηλις*. nam *μηλις* constanter, non urbs, sed regio vocatur; Herodotus l. VII. §. 198, ubi consula^{atur} Wessel. ^{not. A. J.} Callimachus l. c.

cf. Hesych. ad Apollod. II, 5, 4. p. 356

Civis urbis, sive Doriensis huius regionis, quam Livius XLII, 40 *Maliensem* vocat, incola dicebatur *Μαλιεύς*. Strabo l. VIII p. 513. C. l. IX. p. 638. A. p. 657 B. p. 661. C. p. 662. B. atque adeo apud eundem l. I. p. 19 rescribendum *Μαλιέων* pro *Μαλιέων* intelligit enim sinum Maliacum; confer l. IX. p. 618. C. non intelligit *Μαλιέας*, Peloponnesi promontorium, quod Pinedo ad Stephanum etiam Catullo quantitate refragante obtrudebat. Pausanias l. I. c. 23. p. 54. l. X. c. 23 prope fin. et eod. lib. c. 8, ex Sylburgii restitutione, probatâ Valckenario ad Herodot. VII §. 132. not. 8. Stephanus l. c. et in v. *Ἀλικυραί, Ἰφά* et *Μῆλος*.

Ionicâ et Atticâ eiusdem nominis formâ, *μηλιεύς*, utuntur Scylax p. 53; nam paragraphum sequentem p. 54, ubi occurrunt *μαλιεῖς*, cum eundem

tractum describat, malim totam a malâ manu Scylaci suppositam credere, quam cum Vossio ad Catul. p. 257 et 287 illic λαμιῖς corrigere. Herodotus l. vii. §. 132. §. 196. §. 216. Cumque apud Demosthenem contra Neaer. p. 1379, 22 Editiones variant, non minori iure μηλιῖσι, quam Μαλιῖσι dixerit. Sophocles Trachin. 197. Thucydides III, 92; qui nescio an et Μηλιέας scripserit lib. V. c. 5, ubi bellum Locrorum πρὸς Ἴτωνέας καὶ Μελαίους, ἐμέρους memoratur. de Locrorum certe, Itonensium et Maliensium vicinitate constat ex Herodoto vii. §. 216. et Strabone l. ix. p. 661 B. iterum Thucydides l. 5. c. 51. Xenophon Hellen. III. 5. 6. IV. 2, 10. et restitutâ VI. 5, 23, ut sibi constet. Eandem reddendam reor Aeschini de fals. leg. pag. 43 pro Μαλιῖς. utitur praeterea Μηλιῖς Diodorus l. xi, 2. v. 92 ex restitutione Wesselingii; et, lectione non controversâ, l. xii, 77. xv, 57; qui, ne sibi adverteretur, eosdem recipiat l. xv, 85 v. 60 pro Μαλιῖς. At hic Melienses inter et Malienses distinguere videtur l. xviii, 11: Μηλιῖς δὲ πλὴν Μαλιῶν· imo vero scripserat Auctor λαμιῶν· sola enim ex Maliensibus urbs Lamia, in quâ et circum quam, inde dictum, Lamiacum bellum gestum est, a partibus non Atheniensium, sed Antipatri stabat; vide fin. cap. seq. Μαλιῖς occurrit quoque apud Antonin. Liberal. cap. 22. in init. Aelianum Var. Hist. III, 1. p. 200. et Oratoribus confirmatur ab Harpocrate v. Ἀμφικλύσις· est apud Stephanum v. Αἰνία, Λαμία et Μήλος· Scholiastam Aristidis apud Valcken. ad Herod. viii. §. 31 not. 11; Scholiastam Sophocl. l. c. et, qui Harpocratonem descripsit, Suidam ex correctione Kusteri.

Propagavit idem Malus, eiusque cives, nomen ad finem maris adiacentem, *Maliacum* dictum Theophrasto de Vent. p. 411; Scymno Chio, in versibus, quos ineditos videtur proferre Scaliger ad nostrum Catulli locum p. 98; Livio l. 27, 30. l. 35, 37. l. 36, 15. 22. 29; Straboni l. vii. p. 510 A. l. ix. p. 618. C. p. 640 B. p. 651. C. p. 657 A. p. 658 B. 661 B. 662. A. B. Γ Semel Μαλιέα l. ix p. 652, 1. *Maliacum* Pomponio Melae l. 2. c. 3. §. 85. Plinio H. N. l. iv, 7. p. 199. Pausaniae l. i. c. 4. 7. c. 15. l. 10. c. 1. corrigente Amasaeo et Sylburgio; neque enim aut Pausaniam solum dixisse *Lamiacum*, credendum est, aut *Lamia*, quam Stephanus Maliensibus attribuit, extra urbem nomen extendit. ut frustra sint Vossius ad Catul. p. 257, Palmerius in Exercit. in Auct. Gr. p. 278, et Berkelius ad Steph. v. Μαλιῖς. confusa esse haec nomina, *Lamiacus* et *Maliacus*,

πολλὰ μὲν ἔσθ' ἄρα καὶ τῶν ἄλλων ὁμοίων

ἐκ τῶν ἐν τῶν ἀρχαίων ἀπολόγων II, 7, 7.

IV. V. H VII fin

ubi exinde Verheyn.

Γ p 1204 D.

ubi Casaubonus illic ex scriptis induxit in dicitur legeretur Μαλιαν. Dem proposit Μαλιανόν.

II, 37, 60.

cus,

cus, statuit etiam Casaubonus ad Strabon. l. X. p. 685. A. *Maliacus* sinus dicitur ^{ubi in Cod. Pal. Marc. λισιακός.} Heliodoro l. 2. p. 125. 126. Stephano v. μαλιεύς. Lucano vi, 367 *aquae Maliacae*, ubi, non secus atque in Catulli loco, nonnulli *l* geminant. Μηλιακὸν κέλιπον dixerunt Thucydides l. 3. c. 96; Diodorus xi, 5 ex emendatione Palmerii; Scholiastes Aristidis apud Valcken. ad Herod. viii §. 31 not. 11. Aeschyli ad Pers. 488. et Sophoclis ad Trachin. v. 638 et 643. Antiquiores Iones et Attici frequentius Μηλιά vel Μηλιᾶ κέλιπον. Scylax p. 53; Aeschylus Persis v. 488; Herodotus l. iv §. 33; Thucydides iv, 100; viii. §. 3; Aristophanes in Lysistr. v. 1171; Polybius l. ix Hist. c. 34; l. 17. c. 1; Legat. xiii p. 804; Philostratus de vit. Sophist. l. 2. c. 5 ex emendatione Valckenarii ad Herod. viii §. 31.

Quam formarum familiam sic confirmat Stephanus v. μήλος· οἱ δ' ἐν Θειταλία, Μηλιεύς· Ἐστὶ καὶ κομὴ τῆς Ἀκαρνανίας, ἧς τὸ ἔθνικόν Μηλιεύς· καὶ διὰ τὸ ἄ, Δωρικῶς. Γίνεται καὶ ἀπὸ τῆς Μήλιος Μηλιεύς, καὶ Μηλιακός, καὶ Μηλις ἡ χώρα.

Ex his autem formis Doricas tantum Romani pro more assumerunt, *Malius*, *Maliacus*, *Maliensis*, quarum duas ipse Forcellinus desiderat, licet veram in Catullo lectionem *Malia* laudaverit v. *Thermopylae*.

Caeterum apparet, quo iure huic Catulli loco apud Achil. Statium Taurellus *Lamia*, alteri Vossius p. 275 ingerere voluerit; praesertim cum primam vocis corripiat Menander apud Suidam, ut locum constituit Bentleius:

Πλίστας γὰρ ἔφθειρε' ἐκ παραλάξεώς ποθεν
Τὰς ἐν Λαμία πάσας.

nimirum dicta est civitas *Lamia* ab Herculis filio *Lamo*; Stephanus Byz. v. Λαμία ex certâ correctione Berkelii, quem vide; et adde Ovid. ix Her. 54, primam in *Lamo* corripientem, et Diodor. iv, ³¹ fin. 7

Quod ad situm attinet et naturam loci, unde Catullus comparisonem desumeret, omnem regionem Maliensem, quae sinum Maliacum ad Orientem habet, inclusam cingunt montes Trachinii, quorum extremi ad Orientem Oeta vocantur; Herodot. vii §. 176. 198; Liv. 56, 15; altissima, quâ parte ad Thermopylas vergit; Strabo l. ix p. 655 A. habent autem Oetam ad Occidentem Thermopylae; Herod. l. vii. c. 176. unde Sophocleum *πιτραία* Scholiastes Trachin. v. 638 explicat διὰ τὸ ἐν

C 2

ἔρει

hic *Lamus*, Herculis filius Calanphato vocatur c. 45. Λαοδάμος ἦν γὰρ Λαοδμήδην ἢ Λαοδμήδην legendum sit ut ex sequente ἠδ' ὄρνιθος prima syllaba cum superiori coalescent et perperam postea repetitae Λαοδμήδην tamen etiam apud Eudociam monente Hegrio ad Apollodor. p. 491. 2. Apollodoro vocatur Ἀγέλαος. II, 7, 8. Alius *Lamius*, Laestrygonum rex. cf. Ovid. Vide an in Schol. Hom. Od. xi, 82. pro Λαριον legendum sit Λαριον.

ἔρει τῇ Οἴτῃ κίθραι. in huius valle, ut videtur, Duram fluvium ad opem Herculi, cum cremaretur, ferendam emerfisse, fama fuit; secundum Herodotum l. VII §. 198; et Strabon. d. l. C. Hinc, Minervam laboranti Herculi *calida excitasse lavacra*, qui finxerit, primus occurrit Pisander, Herodoto quatuor saeculis, et quod excurrit, secundum nonnullos antiquior, apud Scholiastem ad Aristoph. Nub. 1047:

Τῷ δ' ἐν Θερμοπυλῶσι θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη
Ποίει θερμὰ λουτρά παρὰ ῥηγμῖνι θαλάσσης.

Pisandro fidem habuerit Pindarus secundum Zenobium Proverb. VI, 49. p. 167, et Phileas, vetustissimus Geographus, apud Harpocracionem et Etymologum v. *Θερμόπυλαι*. unde liquet, Phileae nomen restituendum Suidae eadem v: ubi nunc male vocatur *Φιλαιάς* in Cod. autem Leid. *Φιλαιές* δέ. vide de eo Vossium de Historicis Graecis l. 3 p. 401, et Maffiac. ad Harpocr. Pisandri sententiam referunt etiam Hesychius v. *Ἡράκλεια λουτρά*. Scholiasta Sophocl. Trachin. 608; Suidas in *Ἡράκλεια ψῶρα*, Ibycus autem, et ipse Herodoto saeculum antiquior, a Vulcano Herculem *calidarum aquarum lavacro* donatum dixit, secundum eundem Scholiastem d. l. descriptum a Suidâ v. *Ἡράκλεια λουτρά*. Herculem etiam sibi ipsum calida balnea parasse, sunt qui narrent apud Hesych. d. l. Quiequid sit de Auctore, Herculea lavacra in proverbium abiire; quod spectat Aristophanes Nub. 1047. et proprie sic dicebantur omnia, quae sponte, nullâ arte adiuvante, e terrâ apparuerant; vide Aristidem Orat. I. p. 64. Ed. Cant. Athenaeum l. XII. p. 512. F. Eustathium ad Iliad. X, 444, et ad Odyss. 6. p. 305, 24. Ed. Basil:

Calidae huius aquae fontes in ipsis angustarum erant Thermopylarum, inde dictarum, faucibus, sive ingressu; Herod. l. VII. c. 176; Livius 36, 15; Strabo l. IX p. 655 B. Appianus Syriac. p. 70 Ed. Steph. Eustathius in Dionys. Perieg. v. 437.

Easque thermas indigenae Ollas, sive *κντρες*, appellabant; Herodot. d. l. de quali Coorum Chytrino, specie ferventis ollae; vaporem emittente, et tamen frigefaciente, agit Bentleius ad Callimachi Mirabilia p. 452, et *κντρίως* esse cavitates terrae, unde fontes orientur, ex Hesychio docet.

Su-

in Scholi Proverbis Maronis v. 1240 line
auctore occurrit p. 642. Ἡράκλεια
λουτρά. Δελφικόν ξίφος. Κάπνου δ. κ. α.

calida opia Thermopylarum Prifian Perieg.
v. 452.

Super Ollam, Herculi sacram, ara fuit structa; Herod. et Strabo d. l. Apte igitur Oetam Herculeam vocavit Albinov. ad Liv. v. 257.

Aguas calidas a Thermopylarum Oriente excipiebat Mare Maliacum; sive potius ante mare palus, aquâ redundante effecta; χῶρον πεδινὸν et τινάγια vocat Herodotus VII, 176 et §. 198; Μυλίσσα λίμναν Sophocles Trach. 642; loca usque ad mare in via palustri limo et voraginibus Livius l. 36. c. 18; Plutarch. Caton. mai. p. 344 B. ἔλος ἀβατὸν τε καὶ βαραθρῶδες Appianus Syriac. p. 70 med. τίλμα Pausanias l. I. c. 4. unde vix dubito, quin incolae huius tractûs λιμοθωριῖς vocati fuerint, et praestantissima sit haec Codicis Leid. varians in Suidâ lectio pro λιμοθωριῖς, quanquam Lexicographus diversa explicet; et reddendum sit hoc nomen Scylaci p. 53; quod in animo habuerit Didymus apud Hesychium v. λιμοθωριῖς· παρὰ τὴν οἴτην κατοικῆθῆναι· convenienter versibus Sophocleis Trach. 639:

Ὡ ναύλοχα καὶ πετραῖα
 Θερμὰ λυτρά, καὶ πάγυς
 οἴτας παραναϊτάονίς,
 οἷ· τε μίεσαι
 Μυλίσσα παρ' λίμναν;
 Χρυσάλακά τε τ' ἀλιὰν κόρας;
 ἐνθ' Ἑλλώϊων ἀγοραί.
 Πυλάτιδες καλίωνηαι.

Per hoc igitur stagnum in mare Maliacum lavacra exonerabantur; conf. Pifandrum, Herodotum. d. l. unde ea ναύλοχα sive παραθαλάττια vocat Sophocles.

Caeterum posterioribus temporibus hic loci Herodes Atticus piscinam construï iussit, cuius aqua, uti ferme thermarum, vim medicandi habebat; Philostr. de vit. Sophist. l. 2. c. 5. p. 551. hanc autem ab indigenis Ollas, sive κύρως, femineas appellari, et aquâ abundare admodum glaucâ, refert, qui viderat, Pausanias l. IV. c. 35. p. 369.

In ipso sinu Maliaco secundum Herodotum l. VII. c. 198 ἀμπωτὶς τε ἐρχομένη ἀνά πᾶσαν ἡμέραν γίνεται· quotidie maris sunt recessus et accessus; quem admodum vertendum monuit Valckenarius in annotatione ad eundem Auctorem l. VIII §. 129 v. 48, ideo, ut puto, quia Valla male verterat totum diem. erit igitur hic sinus, non secus ac Thermaicus qui et ipse a Septentrio-

cf. L. 2, II. p. 108, 65.

in mari Mediterraneo aut nullu, aut rarus aëstus
reciproca Tethys sct 3, 60. vasa Tethys Lucan 6, 62 ex iudicium 11, 474.

καταχρηστικῶς ἠερικῶν ἀντιπ. p. 91. Epith Pel. 242.

55 Mœsta neque assiduo tabescere lumina fletu
Cessarent, tristisque imbre madere genae:

Qua-

Strabon. l. 1. p. 254. p. 91.
Salaciam vocat Oceanus apud
Virg. 1. Georg. 21. est igitur
ca. Tethys -
Ἐυριπῶν

ἠεροειδῶν τῶν Ἀσπλαντικῆν θαλάσσαν ἠεροειδῶν ἀπ. Strabon. 2. c. 13. p. 70.

ne in meridiem vergit, paucis illis Maris Mediterranei locis annumerandus, in quibus aestus fit et reciprocatio, Romanis Venilia et Salacia; quod Graeci iam antiquissimi observaverint. Hoc fretum ab Appiano Syriac. p. 70 med. Ed. Steph. vocatur θάλασσα τραχηία καὶ ἀλίμινος nec mirum, tam vicino praesertim Euripo, ubi septies die mare fluere ac refluxere, fama ferebat; vide Strabon. l. 1. p. 95 B. Antiphil. in Antholog. Stephani l. I. C. 36 p. 51; Senec. Herc. in Oct. 780; Plin. l. 2. c. 97. fin. Serv. ad Ecl. 2, 50; Suid. Vossium ad Melam lib. 2. c. 7, 79; Davies. et Ernest. ad Cicer. III de Nat. Deor. c. 10 §. 24. et Cellar. Geogr. lib. 2. c. 13. §. 299. quod ne pro fabellâ accipias, vetant, fidem habentibus nonnullis philosophis, recentiores viatores, qui in Euripo aestum statum et non statum fieri confirmant; non statum nono a novâ lunâ die ad decimum tertium, item a vigesimo secundo ad sextum et vigesimum diem; quibus intervallis mare per diem noctemque quatuordecim, et quod excurrit, vicibus fluit ac refluit. vide Sponii Itiner. Ital. Dalmat. Graec. T. 2. p. 252. Edit. 1679; et imprimis virum eruditum, Astronomorum huius aevi Principem, Lalandium Astronomiæ Tom. iv §. 146.

In Siculo etiam freto cum Charybdyos accessum et recessum bis fieri quotidie affirmet Strabon. I p. 44 C. p. 95, et p. 1206 A. et Eustathius ad Homer. p. 481, malim cum Polybio apud Strabonem credere, Poëtam in Odyf. M. 105 licentiâ poëticâ et amplificandi studio dixisse: τρεῖς μὲν τῶν ἀντιστῆν ἐπ' ἡμαρτῆ, τρεῖς δ' ἀναρσιβδῆ; quam cum eodem Polybio suspicari, scripturae aut historiae vitio τρεῖς pro die in Carmen irrepisse; neque enim verisimile fit, Virgilium III Aen. v. 421; Ovidium IV Pont. X, 27; Statium ix Theb. 141; freto viciniore, qui Homericum ter expresserunt, Hyginum fab. 125 p. 188 et Isidorum XIII, 18, corruptis omnes exemplaribus usos esse. Praeterea fauces hae Sicienses Austro, et, concurrente Tyrrheno et Ionio mari,

VOR-

Utrius erroris c. 8. c. 10.

III Item 537
Qualis
Nunc
Sponius
Nunc
Saxa

Servad Aen III, 692. Plemmyrium undosum, quod usque huc vestigia aëstantis Charybdi dicuntur pervenire

Qualis in aërii pellucens vertice montis

Ri-

vorticibus non minus, quam aestibus maritimis, fervent; confer Cicer. III de Nat. Deor. c. 10 §. 24; Senec. Consol. ad Marc. c. 17; Iustin. lib. iv. C. 1, Hefych. Vossium ad Mèlam l. 2. c. 7, 79; Cluver. Sicil. p. 64 seqq. Cellar. Geogr. l. 2, c. 12. D'orvillii Sicula cap. 1 p. 7 seqq. unde ἀμυγῆς βλαστῶν Charybdis dicitur a Demosthene Thræce ad Homeri locum.

Cicero III Georg. 237 ubi Inter
Rutil 1, 280. et ad 1, 639 & 49

Venti et tempestates inter Duo prom
tosa crebriores. Heyn ad III Aen 50
Boccat. Geneal. Deor. 5, 9.

v. 55 *Moesta neque;*] ita plurimi Codd. et Editt. vetustissimae solus Mediolanensis habet, *non*, tres tantum, ille Corvini, meus et Mediolanensis alter, *nec*, quod item Parthenius ex suâ ipsius coniecturâ ediderat. porro pro *lumina* mirum, imo ridiculum, quot Codices habeant *numula*.

moestaque Carbon.

v. 56. *Cessarent tristique* est quidem in Dati Codice, neque tamen, ut videtur, a primâ manu, et in raris aliis; quamvis occurrat in Vicentinâ, Brixienfi, Aldinis, quas plerique recentiorum secutae sunt. *Cessare* certe in meo et Mediolanensium uno, *Cessare et* in altero meo, membranaceo Saibantis, Regio, primo Mediceo et in duabus Venetis Principibus, *Cessarem* in Rhegiensi, in duobus Vossii, Naniano, Bodleiano, Gudiano, et Mediolanensi, *Cessare num* vel *nec* per compendium in Leidensi, *Cessare ne* in duobus aliis Leidensibus, Mediolanensi, tribus Mediceis, altero Gudiano, et Palatino papyr. *Cessare ve* Colbertino, *Cessaret* Riccardiano; quarum variantium si originem et progressum diligentius rimemur, vix est quod dubitemus, quin Catullus scripserit:

in Carbon

ad Maur 1786

Cessarent, neque tristi imbre madere genae.

atque id ipsum Muretus edidit et Raphelengius.

v. 57: *pellucens;*] ita primus Aldus, omnes Codd. uno minus Mediceo, uti Editiones universae veteres: *perlucens*. Caeterum eâdem comparatione non uno in loco utitur Homerus, etiam Iliad. Π, 3:

ad VI Aen 34.

Πα'

subiecta vallium Tacit. l. Ann. 65.

Rivus, muscoso profilit e lapide;
 Qui, cum de pronâ praeceps est valle volutus,
 60 Per medium densi transit iter populi,

Dul-

